



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Joannis Pierii Valeriani Bellunensis Hieroglyphica, Sive De
Sacris Ægyptiorum Aliarumque Gentium Literis,
Commentariorum Libri LVIII**

Valeriano, Pierio

[Lipsiae] ; Francofurti Ad Moenum, 1678

Cicer.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14259

DE CICERE. CAP. XI.

Nequè illud est contra hieroglyphicam legem, si quis vel legumen, vel fructum aliquem nomeni suo consonum, pro nomen ipso usurparit, lentem quippe pro Lentulo, Fabam pro Fabio,

CICERO. CAP. XII.

An quod Cicero nomen sit, mulier, & generis femina, unde Venerium dicitur, Plin. li. 18. c. 12.

Fecit enim idem Cicero, qui cum poculum argenteum Diis esset dedicaturus, prænomen ac nomen literis signavit, sed pro Ciceronis, ciceris figuram insculpsit: nihil veritus, quod jam id cognomeni veterat in cavillum, ad gravem usque amicorum expostulationem monentium, ut ad iudicium evitandum aliud sibi cognomen adsciceret, quod nunquam impetrare potuerunt. Ceterum ipse legumini honorati, maximeque utilis nuncupationem abhorreret quod honestissimis familiaribus olim esset summa cum laude datum, ut quisque scilicet aliquod optimum genus secreti ita Piso, Lentulus Fabius vocabatur.

INCOLUMITAS. CAP. XIII.

Sunt qui per ciceris imaginem rerum indicent perennitatem, siquidem ciceri tantum nullæ bellitiolæ in horreis innascuntur: quin etiam ad olerum incolumitatem excogitatum sit, cicerem una feri, propterea quod crucas cum arcece experimento competum est.

ARIES. CAP. XIV.

Plin. ibid.

A figuræ vero similitudine pro arietino capite ponitur, cui vero nihil similis videas, sive ejus pecoris rictum, sive tortuosam in eo cornuum reciprocatorem contemplere: unde optimam ejus generi nomen etiam Arietino, ut Plinius tradit, idque religio pervigilio solita est adhibere.

MUNIFICENTIA. CAP. XV.

Munificentia Romana.

Invenies & inter Romanæ munificentiae partes cicerum largitionem ab Adilibus populo erogatam, cujus rei mentionem apud Ciceronem invenias, ubi *Quæstores magnificentiam facere potuissent, si quantum in ciceris expensum est, in aliis, quæ Republicam adjuvant, insumptum esse.* Unde Horatius de largitionibus ambitiosis.

Sarm. li. 2. Satyra 3.

*In ciceris atque faba bona tu perdasque lupinis,
Latus ut in circo spatiere, aut æneus, ut stes
Nudus agris, nudus nummis insane paternis.*

Florentinorum ritus.

Quamquam rem omnem alii referunt ad suffragia, quæ per legumina ferrentur. In Florentina civitate, utpote antiquissima Romanorum colonia, utrumque observavi, fabis quippe ferri suffragia, & festo D. Præcurtoris die, qui apud eos maxime omnium sanctus atque venerabilis est, ciceris à popularibus in siliquis suis publice tota urbe perfunduntur, ut omnibus esitare volentibus videri possent.

DE ARUNDINE. CAP. XVI.

Ad papyrum addere libuit arundinem, propterea quod maximam cum ea originis habet similitudinem: utraq; enim palustris est, terrenoque gaudet plurimum limoso, multaque & variis afferunt mortalibus utilitates.

LITERÆ. CAP. XVII.

Sunt vero plures arundinis species, ac perinde diversa significata, sed quemadmodum juncus literas significabat: propterea quod apud Ægyptios eo uterentur in scribendo, ita calamorum fasciculus, quibus nos utimur, eadem ratione literas indicat: ut apud Persium,

Virg. Æne. 4. arundinem lesbalem, Æne. 5. volantem vocat.

Indeque manus chartæ nodosaque venit arundo.

SAGITTÆ. CAP. XVIII.

Alii calami sunt longioribus internodiis, lævove, proceritate, rectitudine, & soliditate præstantes: per hos sagittas innui, ob usum, quem his conficiendis præbent, Poetarum fere omnium testimoniis comprobatur.

RESI.